



**Disputatio de auro potabili, in qua accurate admodum
disquiritur, num ex metallis, opera Chemiae, concinnata
pharmaca tutè utiliterque bibi possint**

<https://hdl.handle.net/1874/451846>

per
24 T A R R A M O N T

DE COMETA- RVM SIGNIFICA- TIONIBVS SENTENTIA

THOMAS BRASTI, VERIS AC

*certis ex ipsa rei natura peti-
tis argumentis pro-
mota:*



Axiaria pars hominum
a male sanis Astrologis,
puto, persuasa, Cometa
rum apparitiones omi-
nosas esse, magnasque
calamitates, praesertim
vero bella, pestem, annonæ caritatem, &
principum mortes, naturaliter porten-
dere censem. De qua re, quid sentiendū
sit, si absq; errore, & ex certis fundamen-
tis cognoscere volumus, quid Cometa,
& quæ eorum materia generatioque sit
ponere primum oportet.

Philosophorum sententia est, Come-
tas nil esse aliud, quam calidam & siccā
exhalationem supra regionem, in qua

THOM. ERÁSTVS

pluviae nasci solent, elatam, & à motu su-
premi aeris atque ignis accensam. Hæc
eadem materia pro diversitate regionis,
figuræ, raritatis, densitatis, lentoris, cras-
situdini, multitudinis &c. stellæ transcur-
rentes, capras saltantes, dracones volan-
tes, aliaque ignita meteora parit. Equi-
dem Aristoteles apertè docet, inter stel-
larum traiectiones & Cometas nullum
aliud, hac quidem in parte, discriminē ex-
sistere, quām quod in illis in materia in lo-
gunt ex porrecta tenuis ad modum & dis-
sipatu facilis est, & ob id ignem non re-
tinet, sed simili ac fere accensa est, extin-
guitur: in his autem ignem accensa pro-
pter crassitudinem & densitatem retinet.
Sicut in pulvere bombardario, secundū
longum sparso, cum ab uno capite flam-
mam concépit, eadem celeriter ad alte-
rum caput, nullibi consistens transcur-
rit, propter materiam inflammata & dis-
sipatu habilem: ita fermè in discurrenti-
bus stellis contingit. Cometæ materia
multo crassior est, densior, copiosior, ac
magis lœta. Quo fit, ut aliquot sèpè mē-
sibus ardeant. Vtrorumq; materia, Co-
meta,

D E T C O M E N T I S .

metarum scilicet ac transvolantium si-
derum, expers non est naturæ seu pin-
guitudinis sulfureæ aut bituminosæ:
quod manifestè odor ignium de cœlo
in terram delapsorum probat. Rarius
apparent Cometae, quam discordantia
sidera, quia multam valde materiam es-
se oportet, ac in parte aliqua magis con-
globatam sive densatam, ut sideris ali-
quam speciem repræsentet. Hęc de ortu
eorum & materia.

Si iam Cometae affirmentur supra di-
ctorum aliquid significare, omnino ne-
cessarium est, ut cum eo connexionem
eandem habeant, quam signum habent
cum re signata. Qui enim significare ali-
quid certi possit, si eius rei signum non
sit? aut quā signum erit rei certæ, si cum
ea coniunctionem seu colligationem
nullā habeat? Quod si ergo signa sunt,
videndum est, qualia nam signa sint, et
Etenim signorum alia sunt Naturalia,
alia artificiosa: nec extra hęc ulla repe-
riuntur. Quamobrē Cometas oportet ita
tuere signa esse supra dictarū rerū vel na-

storiis. 20

42 THOM. ERASTVS

Naturalia vel artificiosa. Vtrumq; si neges,
signa quoque non esse itidem negabis.
Naturalia signa voco, quæ sua natura
certi aliquid significant. Artificialia no-
minto, quæ non quidem natura sua, sed
ex pacto & conuento aliquid denotant.
Naturalis signi exemplum est fumus,
itemq; iris vespertina. Ille enim ignem,
hæc diei sequentis serenitatem indicat.
Plurimum enim dics postera est serena.
Tale quoque signum est rubens vesperi
cœlum: quod ipsum quoque sequenti
diem serenum fore præindicat. Artifi-
ciosi signi exemplum est Lapis, quem
Terminum appellamus. Est enim signum
artificiosum distinctionis agrorum ex
pacto & conuento hominum. Sic enim
convenit inter eos, ut certo positus lo-
co agrorum fines disterninet. Tale
quoque signum est Iris, non quidem ab
hominibus, sed à Deo institutum: quo
ad non emur, mundum porrò aqua nō
esse perdendum. Sicut lapis ex natura
consensu, ita iris non ex propria sua na-
tura, sed ex pacto & promissione Divina
signum

Signum facta nobis est, mundi non amplius diluvio perituri. Sed de artificialibus signis posteà, nunc de naturalibus agemus.

Si Cometa signum est naturale supra positarum rerum, necessarium est, ut vel sit causa rei significatae, vel eiusdem effectus, vel quiddam ab eadem illa causa profectum, à qua res significatae itidē efficitur. Si quis ex eorum numero, qui docti videri volunt, cometam facit naturalem causam bellorum, quæ consequentur, aut rerum aliarum consimiliū, satis probat se inscientem esse. Quibus enim machinis efficiat vapor iste ardēs, ut armis concurrant mortales ad mutuam cædem? Difficile hic est, vel fingere aliquid verisimile. Attamen consti-
tuti sunt aliqui modum exponere. Come-
tae, inquit, de sententia Arist. efficiunt aeris licetate & caliditatē. Ab hac con-
stitutione corpora exsiccati, infiamma-
ti, & omnino graviter lœdi oportet; ma-
xime debiliora & delicatiora. Hinc ergo
bella & morbi pestilentes suscitantur.
Principiumque mortes consequuntur.

Etenim hi præ alijs delicate vivunt, in o-
cio degunt, victus ratione prava uturi-
tur, & nec laboribus, nec aëris iniurijs
perferendis se assuefecerunt. Quo circa
citius alijs patiuntur. Hinc bile in eis au-
cta, humoribusque inflammatis, facile
irritati excandescunt, & bella movent.
Facile quoque ægrotant, & percunt ob-
candem causam.

Ad bella quod artinet, vix puto quenam
quam inveniri, adeò vecordem, qui cre-
dat ob aëris siccitatem & calorem sic
augeri bilem in principibus, ut bellica
meditentur; classicumque ob id cance-
re iubeant. Primum enim facilius ca-
vent sibi ab æstu quam alijs. Deinde
plus coacervarunt crudorum quam bi-
liosorum humorum. Tertio non sine
consilio belia inchoant. Non est autem
necessarium, ut qui à consiljs sunt prin-
cipibus, omnes codem temperamento
prædicti sint. Denique non minus in-
ter se privati, quam principes plus soli-
to depugnarent. Quam porrò felices es-
sent mortales, si à bile duntaxat in prin-
cipium corporibus coacervata bella o-

mnia

DE COMETIS. 7

mnia orirentur? Pauculo enim Rhabar
baro aut rosarum siccо totam hanc
pestem extinguiere posset prudens Me-
dicus. Sic & ab hominum cervicibus
periculum tantum averteretur, & im-
mensis pariter sumptibus parceretur.
Rara certe bella, ne dicam nulla, oriun-
tur ex eo, quod corporа nostra calidio-
ra & sicciora sunt. Iniuria, invidia, odio,
ambitio, dominandi libido, avaritia, &
huius generis aliae cupiditates, bellorum
causae plerunque fuerunt, sunt, ac in po-
steram erunt.

Quoniam ergo nemo existit, qui ex-
tra dictam rationem potuerit aliam ex-
cogitare aut fingere, qua probabiliter
Cometas suscitare bella doceret, atque
hęc ipsa, quae recitata fuit, nec verisimi-
lis est, nec vera, manifestum est, eos bel-
lorum causas nullo modo esse posse.
Non est enim imaginabile, quomodo
vapor aut halitus per aerem fusus a-
nimos Regum ad bella, quae sine longa
deliberatione, & exacta omnium cir-
cumstantiarum consideratione, vix un-
quam suscipiūtur, per se incitare valeat.

THOM. ERASTVS

Non enim qui irascitur, mox etiam bello aggredi alios solet.

Acque ridiculi sunt, qui causas interitus Principum eadem ratione ducunt: licet multi ex principibus vehementer sibi timeant, quoties Cometa apparere audiunt aut vident. Constat principum corpora non magis ab aeris siccitate & caliditate laedi, quam a liorum hominum. Nec minus convenit Hippoct. dictum principibus, quam plебis, quo Naturarum alias ad aestatem, alias ad hyemem, melius ac deterius habere affirmat. Notum est plerosque principes in ocio vivere, crapulæque sic esse deditos, ut crudorum & frigidorum humorum plus colligant, quam calidorum & siccorum: & proinde à calida & sicca aeris constitutione multò magis iuvare, quam laedi eos oportet. Nulli etiam homines sunt, qui facilius quam libet aeris intemperiem cavere possint. Nulli certè minus à solibus torrentur, aut à frigoribus affliguntur: cum ædificijs, vestitu, rebus alijs incommoda æris facile vitent. Denique falsum est, siccas

D E · C O M E T I S ·

cas cōstitutiones, quas Cometarū appari-
tiones se qui concedunt, insalubres &
mortiferas esse.

Etenim & perpetua omnium seculo-
rum experientia, & ratio, & tum Hippo-
cratis, tum præstantium omnium Me-
dicorum authoritas, consensus, observa-
tio, demonstrant, siccas aëris constitu-
tiones pluviosis seu humidis esse salu-
briores *γενετέρας τοις πόσον θαλασσώδεις.*
ut loquitur Hippocrates. Ut nota nunc
dicam, annis 1556 & 1558 duæ Cometæ
exstiterunt, & uterque annus calidus &
siccus maximeque salubris fuit.

Si responset aliquis, non excedentem
siccitatem, sed mediocrem salubrem es-
se, facilis omnino est responsio. Primum
enim salubriores sunt sicciores intem-
peries humidiorib, nisi prorsus ad sum-
mum nsque ascenderint. Confert enim
Hippocrates inter se non tantū medio-
cres, sed & vehementiores. Deinde nec
in regionibus nostris, nec alijs in locis,
quantum ex scriptis aliorum discere po-
tui, immensa adeo siccitas unquam post
Cometam sequuta est, quæ pestifera vel

principibus vel alijs fuisset. Quare nil aliud sunt hæc rationes, quam aniles fabulæ. Nec obstat, quod aliquando videtur Cometa pestem præindicare posse. Nam tune, ut mox audiemus, non consequitur siccitas. Deinde non magis, immo multo minus, minitabitur Cometa mortem principibus, quam alijs cunctis. Etenim pestis non facile unquam initium sumpsit à palatijs Regum, sed pauperum casulas & sordidalocâ plerunque primò invadit: quod & ratio demonstrat, & certa experientia comprobatur. Fuga igitur sibi mature cōsulunt (quod factu ipsis facile est) & remedijs oportunitatis noxiūm aërem magis arcent, & ab infectis minus cōtaminantur dum adiutum suspectis omnibus negant.

Sed quid hīc opus est verbis? considerēmus proxima nobis Anno 1558 Cometa nobis apparuit ultimus. Ab hoc tempore quot sunt mortui principes summi, quibus nullus præluxit Comes? Primum Carolus Imperator, Ferdinandus eius frater & successor huius filius Maximilianus, Rex Poloniæ, Reges duo.

D B C O M E T I S.

Galliae, Rex Hispaniae Philippi filius, Rex
Scotiae, si non fallor, Turcici imperato-
res duo, Rex Transylvaniæ, Papæ aliquot
& Principes Itali, Otto Henricus & Fri-
dericus Com. Palatini, Elect. Christo-
phorus Friderici filius, Vvolffgangus Bi-
pontini dux, Vvirtenbergen sis dux Chri-
stophorus, Eberhardus eius filius, dux
Saxoniae Ioh. Vvilhelmus, dux Henticus
Brunivicensis, dux Megaloburgensis, dux
Pomeraniae Barninus, Elect. Ioachimus
Brandenburgensis, Carolus & Philibet-
tus Marchiones Badætes & alij, quorum
nunc non recordor. Quot etiam appa-
ruerunt Cometæ, cù aliquot annis post
nullus sit mortuus princeps illustris &
clarus, cuius obitum videri potuerint
significavisse? Quis non aperte videat,
non minus accidere mortes Principum
apparitionibus Cometarum, quam no-
bis accedit hoc vel illud cogitare post no-
vam aut plenam Lunam?

Suprà quoque audivimus traiectio-
nes stellarum eandem cum Cometis
habete generationem: nisi quod istic
diligenter sunt studiis tamq[ue] aliis
opus

materia, quām hīc est paucior, rarior, tenuior. An igitur quia stellæ discurrentes meteora sunt minora, sic portendere inferiorum hominum interitū dicemus, quomodo Cometas Principum extinctiones præmonstrare aiunt? Si affirmabimus, ridebimus; si negabimus, erga Naturam vel hic vel illic iniurij sumus. Similis ratio est aliorum quoque igniū in aëre vel supremo vel imo orientium si analogia servetur. Cur ergo Cometis solis hanc prærogativā tribuunt? Quia, inquiunt, experientia docuit calamitates sequi. Sed eadem aut similes consecutæ sunt etiam res alias: & eveniunt eadem adeoque maiores, cum nihil tale præcessisset. Tenenda hīc nobis est hæc regula certissima. Non quicquid post aliud sequitur, ab eo, quod præcessit, efficitur. Nisi enim ita esset, quicquid post plenilunium (exempli gratia) homines agunt, plenum Lunæ lumen perfecisset. Quod omnium, quæ fingi possunt, longe absurdissimum est dictum.

Ostensum est dilucide, Cometas non esse causas bellorum & interitus gentiū aut

DE COMETIS 13

aut mutationis Regnum, nec vim alia quam peculiarem obtinuisse necandi principes. Clatè quoque patet, eos neq; pestem neque annonæ caritatem inve-
here, si verum est, quod isti ponunt, nem-
pe siccitatem & æstum ab ipsis effici.
Iam enim probatum est, à siccitate, in
nostris præsertim regionibus, neque pe-
stem neque alios mōrbos perniciosos
creari. Dōcuit etiam temporum omniū
experientia, sicciores annos apud nos
fœcundos potius, quam steriles exstisi-
se: quod proximiè præcedētes 1556 & 1558,
quibus duobus annis Cometae duo ar-
serunt, & 1575 ut reliquos prætercessi, sa-
tis declarant. Certo igitur certius est,
Cometas non esse causas effectrices na-
turales supra enumeratorum malorū.

Quoad porrò neq; effectiones qua-
dam sint Cometae iam saepius comme-
moratarum calamitatum, patet. Qua ra-
tione enim Cometas efficiant bellum,
principis alicuius mōrs, pestis &c. imagi-
nabile non est. Taceo, quod cum hypo-
thesi pugnat. Omnes enim ponunt to-
tis dicta mala post Cometas sequi. At

effectus non præcedit causam. Qui contra sentit, perinde facit atque is, qui hominem quempiam neque natum, neque conceptum ausit affirmare præclaras nescio quas res gessisse. Talia dicenti responderis recte, quod vulgo dicitur, capra nondum peperit, & hœdus tamen saltat in tectis.

Sed nec eadem potest Cometarum & enumeratorum malorum causa fingi. Cometarum causa est copia siccæ exhalationis ad supremam usque aeris regionem sublatæ: bellorum, mutationis imperiorum, interitus urbium & Principum, causæ longè aliæ sunt, quod nescire nullus potest. Exhalatio, quæ Cometis alimentū & materiā præbet à calore tum siderum tum in terræ viscerib. inclusa generatur, atque in altum & sponte sua fertur, & à calore siderum attracta trahitur.

Quæ si bellum creare debet, mille alias causas accidētales intervenire oportet.

Ergo cum Cometæ neque causæ sint bellorum, interitus principum, excidij urbium aut gentium, aliarumq; rerum talium

alium, neque effectiones, neque ob eadem causa tum Cometæ tum prædicta manarent unquam, impossibile est, ut talium rerum signa naturalia esse atq; dici possint. Quicquid enim naturaliter rem aliquam significat, id necessariò est, vel causa eius rei, vel effectus, vel eandē utrunkq; causam habet: nec datur quarta connexio, quæ res aliqua naturaliter à se aliud significare possit. Auster, exempli gratia, spirare incipiens signum est secuturæ pluviae, quia causa eius est. Fumus signum est ignis, quia ab igne producitur. Iris vesperi, apparet signum est serenitatis, quia causa, quæ facit, ut iris vesperi appareat, eadem serenitatem quoque inducit.

Quid ergo? inquit aliquis, an Cometa rei nullius naturalis causa est vel effectus? Non inferior Cometas signa esse naturalia certarum rerum, sed nuper dictarum signa esse nego, adeoque pernengo: & diversum nullis argumentis probari posse incundanter affirmo.

Vt autem, quid significare naturaliter possint, perspiciatur, consideranda

est eorum natura. Si enim intelligemus aerem halibus plenum esse. Evidem Cometa non ex pauca exspiratione, si-
cut alia quedam ignita metcora, nasci-
tur. Quanto maiores, diurniores &
splendidiores apparent, tanto plures ha-
litus & densiores in aere contineri ope-
ret. Verisimile quoque est, inferne sub-
inde alios ascendere, & accensam flam-
mam alere: quod Arist. etiam visum est.
Denique ambigi non potest, quin illa in
aere flamma, longè etiam diffusa & per
aerem dispersos halitus undique ad se
attrahat. Qui enim posset exhalatio tan-
to tempore ignem sustinere, si non con-
tinue materiae ex omnibus partibus ali-
quid accederet? Quocirca verum om-
nino est, cometas indicare nobis aerem
sicca & densa exspiratione refertū esse.

Ergo vel absuntur hæc, quæ per aë-
re diffusa est, exhalatio à flamma in par-
te eius accensa, vel relinquitur. Consu-
mi oportet, inquam, maximam eius par-
tem (si tota dissipari nequeat) hic, rario-
rem magis aëteam fieri lentoreque &
pinguitudine spoliari. Quo facto, necel-
le est

DE COMETIS

17

Se est ventos & siccitates consequi. Non enim in pluvias defari possunt hoc modo arefacti halitus. Quoties hoc fit, fit autem plerumq; ne dicam semper, tum siccitatis & ventorum signum est Cometa, quatenus horum causa est. Suo enim igne halitus absument aerem purificat. Si vero aer a Cometæ flamma non repurgetur ab halitibus, nec sequens aeris constitutio eos dispulerit (sed fortasse etiam auxerit) facile putescerent, & pestifera qualitate aerem contaminabunt, praesertim si multi interim de terra vapores surgant, vel pluviae frequentiores accedant. Cometa igitur, id est, pars halitus accessa (qua plerumq; discutitur) non est causa pestis, cum propriè loqui volumus, sed vapores & halitus alij per aerem diffusi, qui a Cometæ flamma absumpti non sunt. Ab eadē igitur causa tum Cometa tum pestis oriuntur: qua etiam ratione signū pestis dici potest. Certum est interim, rarissimè admodum aerem post Cometæ extinctionem non puriorē esse, quam antea fuisse. Quomodo enim non esset purior, qui tanta ciusmodi halituū

b

THOM. ERASTVS

parte liberatus est, quanta tot dierum
spatio ab igne consumi potuit? Quan-
to igitur Cometæ maiores & diutur-
miores & lucidiores sunt, tanto maiore
halituum copiam dissipant, aërcmque
exactius purgant. Ab his quid præter
siccitatem & ventos exspectare possis,
quidem non video. Quare si post disso-
lutum Cometam pestis oritur, necessa-
rium est, ut vel parvus admodum fue-
rit: vel brevi admodum tēpore durave-
rit: & propter peregrini ac contrarij va-
potis accessionem intempestivè extin-
ctus fuerit. Quod quia neque vetustis
temporibus, neque nostra & patrum
nostrorum ætate saepius factum fuisse
animadversum est, recte Arist. & qui eū
fecuti sunt præstantissimi philosophi &
Medici affirmarunt, siccitatem, calo-
rem, ventos, parere Cometas: nulla a-
liorum magis particularium evētum
mentione facta. Posse tamen pestem
vel alios graves morbos, & frugum cor-
ruptiones à Cometis indicari eo mo-
do, qui dictus est, ratio ipsa docet. At tūc
non ratione, siccitatis, ut isti argumen-
ta

tabantur, pestis signū est, sed quia aērē
impurū propter celerē & immaturam
extinctionē purificatū nō esse indicat.

Cometas naturalia signa non esse bel-
lorum, eversionis imperiorum, interi-
tus principum &c. demonstratum est.
Restat ergo, ut, an artificiosa signa sint
rerum talium breviter declaremus.

Quid vocemus artificiale signum retrò
diximus. Sunt hæc signa dñorum gene-
rum, humana & divina. De humanis
nihil est opus dicere, cum non sit in ho-
minum potestate Cometas excitare, &
in certa aliqua cœli parte collocare,
ut certi eis aliquid ex pacto & con-
fessione significent, sicut Terminum
certo loco ad distinguendos fines pone-
re possunt. Divina signa duplia iterū
sunt. Quædam enim certam habent &
à Deo expressam significationem, quæ-
dam generalem notationem habent,
specialē aut singularē nullā. Ex horū or-
dine (ad quem mōstra, prodigia, ostēta,
& inusitate præterq; cōmuncin nature
cursum eveniētia, pertinēt ferēomnia)
sunt Cometæ. Horū signorū peculiarē

indicationem nulla arte, nulla ratione,
nulla methodo cognoscere possumus;
sed ab illis solis intelligi & p̄dici potest,
quibus Deus patefecit. Est n.hæc artifi-
cialium signorum natura, ut non aliter,
quam ex pacto significant. Quare hoc
solum ex Cometarū apparitione disci-
mūs, nos à Deo excitari & moneri, ut vi-
tam emendemus, peccatis resistamus,
vera pœnitentia ad Deum cōfugiamus.
Significat igitur universim & in genere
iram Dei adversus scelera nostra exar-
descere: licet speciatim nō indicent, quo
pœnarū genere & quos potissimum castigare
decreverit. Scio nō defuturos (& ne
nunc quidē desunt) qui bella iam pridē
(ante natū scil. Cometā) cōsultata & in-
choata dicturi sunt à Cometa etiamnū
fulgente significata. Sed qui prudentes
sunt & intelligentes, veritatē mendacio
libenter præferent. Summa dictorū
hæc est. Cometæ si sūpt signa naturalia
bellorum, ruinæ imperiorum, excidijs ur-
bium, interitus principum, mutationis
Religionū &c. necessariū est, ut vel cau-
ſe iam dictarum rerum sint, vel effectus,
vel à

vel à communi causa efficiantur. At nul-
lum ex his de eis verè dici potest: quare
nullo pacto naturalia prædictarum re-
rum signa censeri possunt. Quid natu-
raliter significare soleant ac possint, ex-
positū simul fuit. Reliquum igitur est,
ur sint signa artificiosa: nō humana qui-
dem, sed diuina. Et cum ex eorum gene-
re sint, quorum specialis significatio no-
bis à Deo revelata nō est, generali signi-
ficatione iræ Dei adversus peccata no-
stra accensæ contenti esse debemus.

Quod si hoc pacto moniti resipiscemus
& ad Deum serio convertemur, tum de-
mū & iram Domini à nobis avertemus,
& rectè sancteque de hoc portento ra-
tiocinatos nos fuisse perspiciemus.

Veram hanc de Cometarum signifi-
cationibus sententiam nostram veris
certisque argumentis ex ipsa rei natura
petitis confirmatam, cum refelli nō pos-
se quidam videant, carpere nihilominus
audent, quasi aliquid magnopere huc
pertinēs omissum sit. Etenim Cometas
aiunt talia præmonstrare, non insitis in
natura sua viribus, sed adventitijs: ut si-

gna sint quodam modo artificiosa potius, quam pure naturalia. Etenim accipere eos potestatem certi aliquid praedicandi ab illo siderे, à quo materia illa attracta sit, & recta. Quam futilis sit hæc reprehensio, planum fiet ex dicendis; si cui ex ante dictis non liquet. Reprehensores isti periinde agunt, ac si credere ipsis teneremur dictitantibus, omnes Cometas vel comam, vel barbam, vel caudam, certo alicui sideri vel stellæ facere: quo tamen falsius vix dici aliquid potest. Etsi enim hoc aliquando factum scribitur, plerunque tamen Cometae per se consistunt, à siderē nullo reguntur. Cum sideri comam faciunt cum eodem moventur, oriuntur, occidunt, circumaguntur: cum per se consistunt, incerto admodum motu feruntur, sursum, deorsum, antrorsum, retrorsum, ad latera &c. Quòd si in eo, qui etiamnum appareat, licet obscurè (nondum enim ex toto absimpta est eius materia) non viderunt, tolerabiles fortasse sint: si viderunt & dissimulant, aperte

apertè malitiam suam pròdunt. Falsum non minus est illud etiam, quod tanquam verum & confessum inscìte sibi sumunt, sidus aut stellam aliquam, virtute hac præditam, ut præindicare mortem principis alicuius (exempli causa) possit. Quod si illis daremus, nihilominus incertum maneret, an hanc suam virtutem per Cometam magis, quam per alia exeteret.

Quid enim habet Cometa, propter quod aere ac meteoris alijs ignitis aptior & habilior censeri possit ad recipiendum influxum huius significationis ? Si materiam species, nihil invenies. Si flammarum consideres, in casum hinc quoque laborabis.

Summatim repetam omnia, & finem faciam. Stellæ omnes sunt causæ universalissimæ, sed particularibus ipsis facultatibus præditæ non sunt. Si etiam talibus ornatæ fuissent potestatibus, transfundere in res alias non possent: quod alibi argumentis insolubilibus

1753063
24 THOM. ERASTVS

dmonstravimus. Halituum quoque caui
ſæ non ſunt ſola ſidera, ſed multo magis
calor in terræ viſceribus conſlusus, qui
ſic ferè ſubterranea movent, alterat, co-
quit, mutat, extenuat, in vaporē fumūm
que vertit; quomodo calor animalium
in viſceribus iſiſitus facit. Nec apta eſt
exſpiratio hæc de terra ſurgens, quæ ta-
les ſignificationes recipiat. Cum enim
ſit naturale corpus, ſupra naturam indi-
care nil potest, niſi à ſubtantia intellige-
te ad id destinata cogitetur. Poſtremò
certiſſimum eſt, plerosque omnes Co-
metas, iñſtar huius, qui nondum eſt omi-
nino diſſolutus, ſideri aut ſtellæ nulli ap-
pendi, ſed tum ſuo, tum ſupremi aeris
motu impetuque ferri. Quocirca im-
poſſibile eſt, quod iſti ſomniant, Come-
tas vires tales à certo ſidere, à quo
materia ſurſum traçta ſit, mu-
tuari. Die 6. Ianua-

rij 78: